

## PROBLEMA CXXXVI.



Vr Abraham deprecando pro Sodomis incipit à quinquagenario numero, & definit in denarium? An à quinquagenario incepit, tanquam à numero remissionis, ut facilius veniam impetraret? An quia decem pro qualibet ciuitate presupposuit, numerum quidem completum, & qui facit Rempub apud Hebraeos, qua facilis exauditur, quam numerus diminutus? Hinc Deus statim consensit. Genes 18.

- Versicu-*  
lus 24. & Postea Abraham diminuit semper numerum in proportiones ciuitatibus aequales usque ad  
*32.* denarium, numerum quidem completum, in quo continebantur duo pro qualibet ciuitate, iuxta illud Salvatoris: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque Math 18. petierint, fieri illis à patrem meo. An quia non sufficiebat numerus minor denario, quia tempore diluuij 8. non saluarunt mundum? An quia placandus erat ille denarius supramundanus in eorum vindictam prouocatus?

In Plinio quidem reperio cine- rem multis arbutis & plantis proficiere, non ramen pe- culariter de rhano, vide Plini lib. 17. cap. 9. & 28.

In problemate 135. operere pretium fuisset, vt quid sit ex cinere thammum confici explicasset: quod autem in fine dixit corpus humanum cremari igne, de quo Apostolus loquitur, non caret difficultate: nam si velit damnatorum corpussenisse gehennae redigi in cinerem, aut etiam purgandorum in illo loco, quod Catholicis purgatoriis dicunt, non parum fallitur, cum illa damnatorum corpora, tametsi in aeternum torqueri debeant, numquam in cinerem redigenda sint; nec enim id fine separatione corporis ab anima fieri posset sine insigni miraculo, & tamen nunquam morientur; quandoquidem per ingens miraculum in noua supplicia grauiora in dies reseruabuntur, vt quantumcunque flammis pefundetur, dirisi; crucientur supplicijs, numquam tamen absumuntur. Eorum verò qui purgaticibus flammis traditi sunt, donec ad ultimum usque quadratam satisfecerint, corpora nihil patiuntur, nec enim animata sunt, nec sentire possunt, nisi propria anima iterum informetur, quod solum post ultimum, & viuusalem omnium resurrectionem futurum esse credimus. Quod si velit damnatorum corpora torqueri quidem, & flammis sempiternis depasci, & exuri, dummodo non pereant, ne penitus substrahantur, non diffiteor. Locus autem Apostoli nonnulli

Locus D. Pauli ex 1. ad Cor. c. 3. explicatur.

1. Explica- tio Orig. & Ambrof. Beda.

2. Chrysost. & Athan.

3. Caietani.

4. Expositio Cornelius.

An sit de si- de ignem

rium esse definierunt; unde Iustinianus ait illos inferni cor- non esse audiendos, qui adeò putant certa fide poreū esse. Iustinianus. cui qui secus sentiat, impetratis, ac perfidia réum esse non dubitet: vt enim metaphorice veremus Ignis quid metaphori- explicamus, de quo Scriptura loquitur, ita poterit cēlump<sup>3</sup>. ignis explicati, sic enim August. capite 16. lib. de fide, & oper. & lib. 8. quæst. ad Dulcit. qu. 1. ignem pro molesta sumit; sic ignis metaphorice sumitur Luc. 12. ignem veni mittere: & Math. 3. baptizabit vos in Spiritu sancto, & igne: & Deut. 33. igne lex. Deuter. 33. Adde quod sufficere videatur, vt quibusdam sup- plicij cruentur peccatores, quæ per ignem eō melius significantur, quod acerborem cruciatum ignis corporibus nostris inferre cernitur. Est ta- ignis infer- men probabilis ignem tam inferni, quam purga- ni corpor- torij corporeum esse, sic enim Scholastici celebri- res existant, quem splendore cariturn ait S. Basil. in Psal. 28. & Chrys. hom. 1. in Epist. ad He- braeos. At huius loci diffusor explicatio apud Chrysost. Controversia magistros, & Apostoli interpres videri potest. Ut autem breuiter, quod in hac re sentio, eloquar: Certum est Deum igne corporeo vel nostro, vel quocumque voluerit, vt posse ad torquenda non solum corpora, sed & animas damnatorum, & purgandorum, imo & Angelos deferentes, seu cacodamones debitissimis supplicijs afficiendos: quid enim implicati Numquid ignem eleuare potest, vt supra vires naturales in spiritum agat? vt iam multi Theologi de baptismate vnde, nec non cæterorum Sacramentorum partibus tam ex parte materie, quam ex parte formæ sece tenentibus arbitrantur, quibus, vt physicus causis, non quidem præcipuis, sed instrumentalibus gratia in anima producatur.

Deinde certum esse existimo ad omnia Scriptu- ræ loca de pœnis inferni, purgatoriique defendenda, sufficere, vt per ignem grauissima supplicia, quæ ignis nostri cruciati bus longè maiora sint, intelligamus: cum enim Deo nulla desit potestas, num quid efficeret pœnit aliquid, quo grauius damnati, quam igne corporeo cruciatur? Tertio, nondū pro fidei doctrina credendus esse censeo, illū inferni, aut purgatoriij ignem esse corporeum, sive eiusdē, sive diuinis spacie cum nostro constituantur, imo nec S. Thomæ doctrina damnata fuit, quod sciam; qui tamen sentire videtur dæmones, & animas per solam ignis alligationem, aut apprehensionem torqueri. Denique cum nullam omnino repugnantiam haec tenus afferi viderim, cur ignis non possit dæmones, & animas torquere, & tamen id tam

2. Per ignem inferni gra- uissimam up- plicij intel- ligi possunt.

3.

4.